



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

10. Beneficia regularia conferantur non nisi Regularibus actu, aut qui esse
debeant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Sessio XIV. de Reformat. Cap. IX. & X. 107

ant personæ ab ipso Episcopo deputandæ interuentu, nequaquam procedere debeat, alias processus, & inde secuta quæcumque viribus omnino careant.

1. **L** Oqui de ijs, qui virtute priuilegij animaduertere volunt in non subditos, assertit Aldan. in compendio Canonie, resolut. lib. 5. tit. 10. num. 8.
 2. Episcopus enim loci delicti institutus iuri communis de quo in cap. postulatis, & in cap. vti. de foro comp. quibus iuribus probatur Episcopum loci delicti condemnare clericum delinquentem, quod videur in eligi, si ibidem talis clericus de linquens inueniatur, Burt. in d. cap. vti. num. 6. & ibi Felic. num. 8. in fine, Grammat. consil. 27. num. 56. cum seq. Menoch. consil. 2. num. 130. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 16. num. 12. Vei nisi de more remittatur Clement. pastoralis, §. verum, de re indic. vbi Imol. num. 64. & Card.
- num. 12. vers. denique, D. Barbosa in l. heres absens, §. proinde, in art. de foro delicti num. 5. vbi num. 134. subdit quod inter Ecclesiasticos fit etiam remissio,
- Potest enim ratione delicti Episcopus loci, vbi sicut commisum, cognoscere in prima instantia, quamvis non sit Ordinarius domicili delinquentis, vt refert decimum Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 1. num. 75. quia Concil. infra sess. 24. de reformat. cap. 20. non sustinet modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione fortetur forum, vt ostendi de officio, & potest, Episcopi part. 3. alleg. 81. num. 14.

Beneficia unius diœcesis nullo praetextu vniuantur beneficijs alterius diœcesis.

C A P V T I X.

1. *Doctores referuntur de materia huius cap. agentes.*

2. *Præstimonia an sint beneficia Ecclesiastica.*

ET quia ^a iure optimo distinctor furentur diœceses, & parochias, ac vnicuique gregi proprij attributi Pastores, & inferiorum Ecclesiæ Rectores, qui suorum quisque ouium curam habeant, ut ordo Ecclesiasticus non confundatur, aut vna & eadem Ecclesia duarum modo diœcsum fiat, non sine graui eorum incommodo, qui illi subditi fuerint, beneficia unius diœcesis, etiam si parochiales Ecclesiæ, Vicaria perpetua, aut simplicia beneficia, ^a seu præstimonia, aut præstimoniales portiones fuerint, etiam ratione agendi cultum diuinum, aut numerum beneficiorum, aut alia quacunque de causa, alterius diœcesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pio perpetuo non vniuantur, decretum huius sancte Synodi super huiusmodi vniōnibus in hoc declarando.

1. **V** Ide Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. c. 26. nu. 24. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. vniōn. §. 3. Nicol. Garc. debon. part. 12. cap. 2. num. 85. Valer. Reginald. in praxi fori panient. lib. 30. tract. 3. num. 302. Aloys. Ricc. in praxi renum fori Eccles. decis. 492. in 1. edit. alias resol. 383. num. 5. lib. 5. in 2. edit. Hieron. Roderic. in compendio quest. regu-
- lar. resolut. 15. num. 33. Sanch. in precepta Decalogi to n. 2. lib. 7. cap. 29. num. 180. tertiipsum de officio, & potest, Episcopi p. 3. alleg. 66. num. 9.
- ^a Seu præstimonia] An sint beneficia Ecclesiastica, late disputati in tract. de tute Ecclesiast. lib. 2. c. 8. & ibi citatis addo Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 25. num. 2.

A Diony-
6. . Par. 5.
Vide . Con-
stantin. con-
mis. cap. be-
neficiis 13.
Qd. episcopo
13. de his
qua sunt a
pia. & infra
leff. 24. de
reformat. 13.
in fi. & c. 17.
b. Supra leff.
7 c. 6. & 7. &
infra leff. 24.
de reforma-
t. 13 & 15.

Beneficia Regularia conferantur non nisi Regularibus actu, aut qui esse debeant.

C A P V T X.

1. *Doctores referuntur de materia cap. agentes.*

2. *Beneficia S. Ioannis Hierosolymit. comprehenduntur sub hoc decreto.*

3. *Regulares etiam Canonici sunt incapaces beneficij simplicis.*

4. *Milites Regulares S. Iacobi, & alijs similes sunt capaces beneficiorum secularium.*

5. *Equites Capellani Religionis S. Stephani presentari possunt ad Ecclesiæ seculariæ.*

6. *Canonicus sancti Georgij in Alga potest admitti per Datariam ad parochialem Ecclesiam sibi resignatam.*

7. *Beneficia regularia qua?*

8. *Religiosus unius Religionis non est capax beneficij alterius Religionis.*

9. *Religiosus non est capax beneficij alterius monasterij eiusdem Ordinis.*

10. *Beneficium regulare administrationem non habens dari potest his, qui habitum nōdum suscepere, modò illū suscipere, & professionem emittere teneantur.*

11. *Beneficia administrationem habentia dari possunt his solū qui professionem prius emiserint,*

12. *Beneficia regularia secularibus, & è conuerso in subsidium dari possunt.*

13. *Beneficia regularia quando dicantur dari in subsidium secularibus, & è contra.*

^a Cap. cum
de beneficio
de prebend.
in 6. & infra
leff. vit. c. 23.
circa mediū
de reg. &
mon.
Deut. 22.
c. cum cau-
san de elect.
&c. quidem
de Apo.
infis.

1. **R** egularia ^a beneficia, in titulum Regularibus professis prouideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, ^b religiosis tantum illius Ordinis, ^c vel ijs, qui habitum, omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs, ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.

2. **V** Ide Nauarr. consil. 9. de prabend. in antiqu. alias consil. 11. de statu monach. in nonis, Sayr. in floribus decis. sub illo tit. de prabend. decis. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic.
- lib. 4. quest. 5. num. 2. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 34. art. 3. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. beneficia. §. 5. Seraphim. decis. 1165. & 1205. Mantic. decis. 68. nu. 5. Azor. infis.



- infis. moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. Aloys. Ricc. in collect. datif. part. 4. collect. 7. 63. & in praxi aurea resolut. 3. 32. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. à princip. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 10. Franc. Leo in thesauro fori eccl. p. 2. c. 3. num. 19. Viuian. de iure patronar. p. 2. lib. 1. cap. 1. ex uam. 7. 9. in nouiss. impr. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 12. cap. 7. à num. 14. Sanchez in praep. Decalogi lib. 7. c. 29. à num. 27. Ioan. Anton. Massobr. in sua praxi habandi concursus. pralus. 7. dub. 21. à num. 2. Hieron. Roder. in compendio quas. regul. resolut. 15. à num. 4. Anton. Fabric. de re benefic. tit. de seculari & regulari benef. Cardinal. Tusch. somo 1. littera B. conclus. 67. Sebata. Caesar. in select. de ecclesiastica hierarchia. disq. 14. §. 1. n. 2. Paul. Layman. in Theologia moralis lib. 4. tract. 2. c. 4. numer. 1. & 2. Squillante de priuileg. clericor. cap. 4. num. 2. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disp. 9. q. 7. num. 18. Rot. in Ferrarien. Prioratus 18. Aprilis 1611. coram Attribut. 2. Comprehendi sub hoc decreto beneficia Religionis S. Ioan. Hierosolymitan. censuit Rota decr. 569. p. 2. recet. 3. Regulares sunt incapaces beneficij simplicis, etiam si essent Canonici regulares, non autem beneficij curati, iuxta dispositionem cap. quod Dei timorem, de statu monach. sed hoc ex stylo concedi non debet, nisi instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate Ecclesie. Ita refert dictum Nicol. Garc. de benef. p. 7. cap. 10. num. 31. & 32. 4. Beneficiorum secularium, sive simplicium, sive curatorum, capaces sunt Milites Regulares militie S. Iacobi de Spatha, alijque huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, ita refert dictum Nicol. Garc. in addit. ad suum tract. de benef. p. 1. cap. 4. num. 24. Ego ipse de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 57. num. 174. 5. Equites Capellanos Religionis S. Stephani Papa & Mart. eti. habeant proprias Ecclesias dicta Religioni subiectas, presentari posse ad alias Ecclesias seculares, ex lib. statutorum, & constit. dicta Religion. fol. 26. ex Viuian. dixi d. alleg. 57. num. 173. 6. Canonicum S. Georgij in Alga admitti per Datariam ad Parochiam Ecclesiam ei resignatam, ait Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 3. tit. 4. num. 10. vbi attestatur sic fuisse resolutum in Veronen. 17. Neuembri 1629. 7. a Regularia beneficia. Quæ dicuntur, latè tradunt Sanchez d. lib. 7. c. 29. à num. 11. Hieron. Roderic. d. resolut. 15. num. 27. cum seqq. Ego ipse d. p. 3. alleg. 57. num. 168. 8. à Religiosis tantum illius Ordinis, &c.] Religiosum illius Religionis non esse capacem beneficij Regularis alterius Religionis, resoluunt Rebuffi in praxi benefic. tit. de dispensat. cum regular. à num. 2. Nauart. commento 4. de Regular. num. 23. in princip. Fr. Emman. quas. regular. somo 1. quas. 34. art. 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. num. 56. cum seqq. Hieronym. Roder. d. resolut. 15. num. 4. Sanchez d. lib. 7. c. 29. num. 29. vbi num. 30. subdit nec Pontificem solitum esse concedere Regularibus gratiam assequendi beneficium alterius Ordinis, nisi transferendo illos ad id monasterium, ad cuius collationem beneficium assequuntur, & num. 31. hinc colligit integrum. non esse duobus Religiosis diuersorum Ordinum permuttera beneficia regularia de licentia suorum Prelatorum, quia neuter est beneficij alterius capax, & citat Bellem. de permis. benef. 9. p. 2. quas. 11. num. 2. Idem iurius esse quantum ad beneficia alterius mona-

sterij eiusdem Ordinis, resolvunt Rebuffi in praxi benefic. tit. de dispensat. cum regularib. à num. 2. Nauart. de commento 4. de regul. num. 23. in princip. Fr. Emman. quas. reg. tom. 1. quas. 14. art. 8. Sanchez d. lib. 7. cap. 29. num. 29. Hieron. Roder. d. resolut. 15. num. 10. per cap. cum singula. §. prohibemus, de prebend. lib. 6. vbi id grante interdictetur, eaque acceptantes sunt ipso iure inhabiles, & negligibles.

¶ Vel ijs, qui habitum, &c.] Ergo beneficium regulare dari potest his, qui habitum nondum suscipere, modo illum suscipere, & professionem emittere tentantur. Rot. in Carpentoraten. Prioratus 19. Aprilis 1619. coram bona mem. Buratto, inter eius impressas decr. 390.

Beneficia regularia administrationem non habentia, nec non quaus Monaciales, & Canonicales portiones Regularibus prouideri conuertas posunt Ordinarii collatores conferre nedum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur, ita referunt dictum Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. num. 77. Piafee. in praxi Episcop. p. 2. cap. 5. num. 23. Sanchez d. lib. 7. cap. 4. num. 24. Hieronym. Roder. d. resolut. 15. sub num. 4. Massobr. in praxi concursus. pralus. 7. dub. 21. num. 9.

¶ Ad beneficia vero huiusmodi administrationem habentia nullum eligi debere, nisi prius professionem expressè emiserit, innuit Puteus decr. 2. 54. lib. 2. in correctis. & expressè sub die 12. Decembris 1585. resolutum fuisse attestantur Piafee. d. num. 23. pagina 336. Campan. in diuers. iuris Canonie. rubr. 12. cap. 7. num. 16. Nicol. Garc. de benef. p. 7. cap. 10. num. 10. Gonzal. d. gloss. 8. num. 78. & huius decisionis meminit Rota in dicta Carpentoraten. Prioratus 20. Marty 1620. coram bona mem. Buratto, inter eius impressas decr. 463. num. 1.

In subdium verò, veluti si deficiant Regulares, aut necessitas urget, puta quia idonei non reperiuntur, beneficia regularia secularibus, & è conuerio conferriri posse probat text. in cap. inter quatuor, de relig. domib. & resolvunt Rebuffi in concord. tit. de collation. §. volumus. vers. conformitatem, & in praxi tit. de dispensat. cum regular. num. 40. & in tract. nomin. quas. 5. num. 13. vers. fallit nisi idonei non reperiuntur. Gonzal. d. gloss. 8. num. 43. Nicol. Garc. d. p. 7. c. 10. num. 16. Azor. in institutione moralium p. 2. lib. 3. cap. 26. quas. 5. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 158. Paul. Lavman. in summa Theologiae moralis lib. 4. tract. 2. c. 4. num. 2. vers. excipit quintus, & expressè quod Sacerdos Regularis in subdium, ut suprà, admittatur ad seculari beneficium curatum, tradit Abb. in c. 1. de capell. mon. quam referunt & sequuntur Cephal. consil. 358. num. 25. Ioan. Bapt. Costa de remed. subsid. remed. 71. num. 1. vbi intelligit si liberum, sive iurispatronatus laicorum.

Quando autem dicantur beneficia regularia dari in subdium secularibus, & è contra ponit Abb. in d. cap. inter quatuor, quem refert & sequitur Azor. d. q. 5. assertens hunc ordinem esse seruandum, videlicet vt si alij eiusdem coenobij fuerint, hi adhibeantur, si minus, adiunctentur alij Monachi alterius coenobij, eiusdem tamen Ordinis; quod si nee hoc fieri queat, supponantur alij alterius Ordinis Religiosi, vi colligitur ex e. relatum, ne clericis vel mon. quod si etiam hi desiderentur, tunc seculares clerici in eorum locum sufficiunt.

Nullus admittatur ad professionem, nisi vt in Ordine, ad quem transfertur, sub obedientia maneat, & beneficiorum secularium etiam Curatorum incapax existat.

C A P V T X I.

1. Doctores de materia & intellectu huius cap. agentes.

2. Prelatus non potest suis Religiosis translatis, absq; iusta causa concedere facultatem standi extra monasterium.

3. Superior potest dare licentia translato ad modicum tē-

pus standi extra monasterium causa predicationis.

4. Translati ad Cárthusianos possunt ibi in claustrō Piores, & extra claustrum procuratores esse.

5. Regulares nulli etiam Canonici possunt sine dispensatione Apostolica beneficia curata, nec in perpetuum